UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 17. Conservator, an dare possit licentiam extrahendi quempiam ex loco sacro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QUÆSTIO DECIMA SEPTIMA.

Conſervator an dare poſſit licentiam extrahendi quempiam ex loco ſacro.

MInimè, Qua de re extat Gregorii conſtitutio, quam deſcripſi in jam citato tractatu, *lib.* 4. *quæſt.* 65. Quid vero hac in re pari cum Epiſcopo manu poſſit, vide Emanuelem Roderic. *quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 50. *art.* 3. & plena manu Farinac. qui Gregorianam illam conſtitutionem ſuis commentariis illuſtravit.

QUÆSTIO DECIMA OCTAVA.

An Conſervator exequatur ſuam ſententiam.

SUMMARIUM.

1. *Conſervator exequitur ſuam ſententiam.*
2. *Exequi non poteſt poſt annum, uti quidam volunt.*
3. *Exequi an poſſint in bonis laicorum.*

REſpondetur affirmativè, *cap.* 1. *de offic.deleg.in* 6. *cap.querenti, cap.ſignificanti, cap.ſi quando, cap.in literis eod. tit. Spec. tit.de execut. ſent.* §. *nunc dicendum*, idque non tantum per ſe, ſed etiam per ordinarium, *cap. cum contingit ubi Navar. de reſcriptis d.cap. ſignificanti d.cap. literis*, opinione tamen nonnullorum non poſt annum, *d.cap.*1. & *d.cap.querenti*, opinione vero aliorum etiam poſt annum, *l.* 1. *ff.ne vis fiat ei Nevi*ſ. *conſ.* 35. *num.* 7. *Abb.cap. pro illorum numer.* 11. *de præbendis*, idque non obſtante remora ordinarii, *cap.ſi quando de offic.deleg. cap. Paſtoralis* §. *quia vero eod.tit.* Concluſionis hujus ratio eſt, quia delegatus
3 principis ſententiam ſuam exequi poteſt, & quidem ſi ſit Eccleſiaſticus in bonis Clericorum, non vero in bonis Laicorum, niſi per implorationem brachii Sæcularis, *Vincentius Carocius de Remediis adverſ. damnoſas execut. except.* 119. *Lanfranc.ſing.* 25. & 27. quam tamen diſtinctionem Speculator non admittit, dummodo executio fieri poſſit ſine armis. *Speculat.de primo* & 2. *decreto* §. *Reſtat.nu.* 1. &

2. vide